



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

11 Averte faciem tuam à muliere compta. Eccl. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Nam tibi quodammodo irascitur, quod in tuis displicentiis consolationes in creaturis quæras, & dum hæ non possunt vel non volunt te juvare, complacet sibi, quod de super ipsi tuam mentem aperias propter illarum impotentiam aut ingratitude. *Verbosi amici mei*: Tibi enim divine Salvator narro meas afflictiones, & offero meas lachrymas; *Ad Deum stillat oculus meus.*

Qui propter suam benignitatem totus inclinatur tibi omnes accordandi desiderabiles consolationes, vult enim cogi per tuas remonstrations & preces, quæ ipsi libertatem demunt tibi aliquid denegandi.

REGULA UNDECIMA.

Averte faciem tuam à muliere corrupta. Eccl. 5.

PARAPHRASIS.

Non relinquant ingredi in animam tuam & tuos oculos aliquem amorem. Abstrahere oculos tuos à fœmina qua placere appetit, & non intueri aliquam pulchritudinem, qua ad te venit, ut



Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'CIT' and other illegible characters.

te cœcum reddet, & auferat omnem
spem videndi infinitam & supremam
illam pulchritudinem.

R E F L E X I O.

A Nulla re magis paveas quàm
amore & affabilitatibus scemini
alicujus malitiôsæ. Time ejus accessus
& civilitates. Time ejus vocem, oculum
& manus; Nihil enim habet dulce
amabile, quod non tanquam mortuum
apprehendas.

Ipsius instinctus scit facere sagittas
jacula ex omnibus rebus, quæ naturæ
ipsi largita est.

Quod aliàs pro nihilo reputare potest
in ipsa periculum gignit. Non est necesse
se aliud, quàm unicus ictus oculi, ut
dejiciat, non nisi unicus crinis, ut te al-
get. Ipsa fuga tibi parum prodest,
eam vidisti, antequam fugisti, certè non
procul fugies.

Ne attendas fallaciæ mulieris; venenum
ejus, quasi ros qui ex ore provènit, su-
cile & delitiosè cor tuum occupat, sed
brevis mutatur in venenum, quod tu
viscera arrodit: *Favus enim distillans*

bia ejus: *Novissima autem illius amara, quasi absynthium.*

Res, quas tibi loquitur, proferunt in ore ejus periculosos appetitus: discursus ejus & aspectus splendorem habent similem alicujus cometæ, qui apparet, ut tibi prædicat tua infortunia. Quo eum vides, time, & crede, quod brevi plorabis.

Id quod te attrahit, & quod in facie ejus vides, sunt radii veri solis. Scaturigo ejus est pulchritudo Dei, aspice ex illa parte, & accede; Sed in quantum sunt signa inferiora, sunt superficies alicujus lutosi abyssi pleni desperationis & lacrymarum: Attende ne eò curras, & sequaris aliquam fatalem impetuositatem quæ te perdat.

Multi ante te in illum se ipso finet præcipitârunt, & ex fundamento hujus abyssi exeunt ex voces lugubres, & ii lamentabiles ejulatus, qui ab annis sex mille audiuntur, & repetunt hæc tristia verba infelicis Salamonis: *Vanitas & afflictio spiritus.* Illusiones & traditiones, falsæ pulchritudines, vera peccata, som-

134 *Consilia Sapiencia,*
nia deliciarum, & veritates æternorum
dolorum.

Ipsa prudentia Creatoris fecit opus
magistrale, dum formaret earum inge-
nium, & earum faciem, sed ut eas secum
contempleris, oportet vel revocare ten-
pus innocentia, vel expectare diem
gloriae & immortalitatis.

REGULA DUODECIMA.

Homo sapiens attendit ab inerti
Eccl. 18.

PARAPHRASIS.

Remedium magis ordinarium, ut pro-
servemur ab inordinatis passionibus
est ipse labor.

Homo prudens nunquam est otiosus; &
non habet quo se occupet, cogitat
illa quae fecit, & revidet omnes suas
actiones.

REFLEXIO.

A Varus occupatur circa bona huius
mundi: Ambitiosus, ut obtineat
& mereatur honores; Sapiens vult ha-
bere labores, conatur acquirere unam
occupationem ex altera, & providet